



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XXVI. Quod archidiaconi videa[n]t in visitationibus, ne possessionibus vel iure suo ecclesiae defraudentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

## XXVI.

Item provideant archidiaconi de possessionibus ecclesiarum, vt eas singulis annis possint \* prospicere, ne ecclesiæ suo iure defraudentur.

## XXVII.

Præterea archidiaconis, decanis, & eorum officialibus districtius inhihemus, ne in subditos suos exactiones vel tallias per se vel per suos exercere præsumant.

## XXVIII.

Ad hæc ecclesiastici ordinis utilitate pensata, pariter & honore, decreuimus ne archidiaconi vel eorum officiales sententias excommunicationis, suspensionis, vel interdicti in aliquem audeant promulgare, vbi excessus non est manifestus, nisi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra præmissa excommunicationis sententiam tulerit in quemcumque, pænæ subiaceat in Lateranensi Concilio promulgatæ. Pro suspensione vero vel interdicto superioris arbitrio puniatur: quod & superiores prælati obseruent.

## XXIX.

Firmiter inhihemus, ne pro aliqua pecunia de negetur sepultura, vel baptismus, vel aliquod ecclesiasticum sacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impediatur. Quoniam si quid pia deuotione fidelium consueuerit erogari, super hac postmodum volumus per ordinarium loci ecclesiæ iustitiam exhiberi, sicut in generali Concilio expressius & diffusius est statutum, absurdum esse iudicantes, quod de cetero pro chrismate vel

ANNO  
CHRISTII  
1227